

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Disputatio moralis de usu rerum innoxio ejusque vero ac solido fundamento

**Saalbach, Christian
Golen, Erich**

Gryphiswaldiae, 1694

Widmung

urn:nbn:de:bsz:31-102735

AD CL. DN. AUCTOREM-RESPONDENTEM,
MAGISTERII CANDIDATUM
DIGNISSIMUM.

Solius pingunt pictores corporis umbram:
Tu mentem pingis, docte GOLENE, tuam,
Innocuas quando nunc res edisseris apte.
Picturam Charites Pieridesque probant.

*Prolixissimo affectu gratulabundus
scribeb.*

PRÆSES.

VIRO PRÆCLARO

ERICO GOLEN,

PHILOSOPHIÆ CANDIDATO Eximio,

S. P. D.

M. BENJAMIN BOZEMNE /

POMERANUS, P. P.

Amo prorsus amore tuum, VIR PRÆCLARE, HUMA-
NISSIME, q̄uo, dum NOBIS disputationem de rebus in
societate humana citra noxam usurpandis & ultro
citroq; quidem communicandis exhibes, TE ferri ostendis
in decantatissimam illam communitatem, de q̄ua M. T. CI-
CERO & alibi & maxime Libro I. Officiorum Cap. IX. p. 497.
& Cap. XVI. p. m. 499. b. de Legibus Lib. I. c. XII. p. 476. enu-
cleate præcipit. Fateor, non digniores alias ab eo cogitationes
posse

posse suscipi, qui jam mox studia sua velit ad rempublicam convertere, & humeros subdere muneribus onerosis. Qui namque justam rerum in medio positarum usurpationem ac alienarum curam intelligit, ne idem facile perspiciet, quid ab aliis expectare habeat, quidque vicissim tribuere aliis debeat, atque nulli non societatis humanae parti, cunctis officiorum generibus se aptum pariter ac promptum accommodabit. Eo igitur animo cum & TE, GOLENI, comparaveris, DEUM, & qui vice ejus in terris funguntur rectos magistratus, facturos propediem & auguror atque confido, ut TE penitus in lucem protrabant muneribusque imponant ejusmodi, in quibus, quae per diversas Sueciae Academias, ultimoque in hac Regia Grypbica, perque longum annorum tractum, insatiabiliter TIBI parasti genuinae sapientiae favos, apte quaeas eliquare doctaque & profutura seculis mellificia insituere. Maeste eo animo GOLENI! Ego, ut nuper lubens meritoque honori tuo suffragatus sum; ita in bene precantibus semper ero, Tibique, ut DEUS propitius aqua propietate, morum elegantia, ac liberali eruditione fata ordinet, castis eum precibus poscam. Tu autem, cum a NOBIS discesseris, quam liberaliter & non semel stipulatus es gratam Musarum Grypbicarum memoriam serva, meque, quod factis, ama, eumque amorem apud eos, ad quos mactus honore redis, quique olim ab ore pendentur tuo, testatiorem redde. VALE!

Dabam e Museo Gryphiswaldi, a. d. IX. Junii,
A. Æ. CHR, clc lcc XCIV.



L
de aliis quib
temi alis us
pere ero so
Anno supe
tum exper
Vorum &
cujus etia
ris, a Sac
mathiam p
non placea
DEO volen
mih cogita
INNOXIO, q
maximeq;
formam, p
Philosoph
statuere mo
adnotar an
vicit prese
videlicet
Ecclesiast
benigne co
promde se
vitur 1. C
aliis in Re
ubi falsam
3. Iphis re
specialibus
est, immatur
virium facu
consulatur, &
D. L. impense